


Discrete fili salutem et apostolicam ben. Cuiusmodi nomen dei nostri dispensatione accepimus nonnulla tam ecclesiastica quam layca persone praerogata forsan quorundam exemptionum privilegiorum indulgentiarum et gratiarum a nobis forsan uel praedecessoribus nostris per eos obtentorum a solutione subsidij inuenialis Brecentorum militum scutorum hactenus per fe: re: Paulum pp: vii: praedecessorem nostrum per vniuersum seatum ecclesiasticum pro occurrentibus Sedis apostolicae necessitatibus impositi, et deinde per eundem Pauli successores Romanos Pontifices ac nos tandem prorogati, et nondum elapsi ratione bonorum immobilium ac mobilium et semouentium ad eos tam ex successione paterna quam ex adquisito spectantium quomodolibet nuncupatorum, et qualificationum in Terra nostra Montis sancti Firman dioc: ac illius Territorio existentium, et per eos obtentorum et possessorum eos, et eorum quomolibet tangente se liberos immunes, et exemptos esse protendentibus subsidium huiusmodi in graue praesatae Sedis, ac Camerae apostolicae, ac pro tempore existentium Romanorum Pontificum praerogatum, necnon vniuersitatis et hominum dictae Terrae grauumen non modicum indebitum soluere recusent, seque contra subsidij huiusmodi exactores, et ab eisdem vniuersitate, et hominibus deputatos simili praerogata tueantur. Nos quorum mentis semper fuit nullis a solutione subsidij huiusmodi liberos immunes et exemptos fore aut dici uel censei posse, sed huiusmodi solutioni quoscumque ut praefertur, qualificados ac bona in statu praefato quomodolibet oblatu proprio, et ex certa nostra scientia omnes et singulas exemptiones, libertates et immunitates a solutione subsidij huiusmodi cuiuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis, dignitatis, ac praerogatae existentibus personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriis derogatorijs, alijsque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque, et alijs decretis sub quocumque titulo uel colore, ac ex quibusuis quantumcumque urgentissimis causis, et quocumque etiam Comitum Marchionum Ducum, et quorumuis aliorum Principum, seu sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium intuitu et contemplatione per praefatos ac alios quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac etiam nos et Sedem praefatam etiam motu et scientia similibus, aut alijs quomodolibet concessas et factas, ac quarumuis ipsius subsidij portionum aliqua auctoritate tenore praesentium reuocamus, cassamus irritamus annullamus, et uiribus penitus uacuamus, ac pro reuocatis, casis irritis nullis, et uiribus uacuis haberi, et nemini suffragari posse uolumus, necnon vniuersitatem et homines praefatos, ac ab eis deputatos aduersus quascumque personas exemptiones libertates immunitates, donationes, remissiones et gratias quomodolibet habentes, et per eas bona in Terra et Territorio huiusmodi possidentes agere, ac eos ad solutionem subsidij huiusmodi cogere et compellere posse, necnon personas praefatas bona ut praefertur in Terra et Territorio huiusmodi possidentes ad solutionem subsidij huiusmodi teneri decernimus. Mandantes tibi quatenus si et postquam pro parte dictorum vniuersitatis et hominum fueris requisitus dicas personas bona in Terra, et Territorio huiusmodi possidentes ad solutionem subsidij huiusmodi eidem vniuersitati et hominibus seu ab eis deputatis pro eorum rata iuxta eiusdem subsidij impositionis literarum continentiam, et tenorem auctoritate nostra cogas et compellas. Contradictores quoslibet et rebelles per censuras et poenas ecclesiasticas, ac alia opportuna iuris remedia appellatione postposita compescendo. Hos enim tibi, ut quascumque citandos etiam per edictum publicum consilio summarie de non tuto accessu citandi, illisque etiam sub censuris et poenis etiam pecuniarijs tuo arbitrio infligendi applicandi, et moderandis inhibendi, necnon legitimis super his habendis seruatis processibus censuras et poenas huiusmodi etiam iuratis uiribus aggrauandi, ac alias contra eos procedendi, et alia faciendi et exequendi plenam liberam ac omnimodam auctoritate et tenore praefatis concedimus facultatem. Non obstantibus pia me: Bonifacij pp: viii: etiam praedecessoris nostri de una, ac Concilij generalis de duabus, non tamen tribus dietis, et alijs constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Marcum sub Annulo Piscatoris Die vii. Julij M. D. lxi. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

[Handwritten flourish]

Ca: Glorierius



die nona Julij 1561. p[ro]nt b[er]n[ard]o cora[m] p[ro]mo. Casare de hab[er]am ep[iscop]o ab[er]non[em] Paucis de archie[pi]scopo vic[er]e in civitate h[ab]it[et] et palat[i]o reside[n]t[er] p[ro]p[ri]os
ac in publica audien[ti]a et a fortissimo Berfari, de alio s[ic] et de Paulo Luernino de h[ab]it[et]o can[on]ico, comunitari alijs s[ic] exhibitis et p[re]sentib[us] p[ro]p[ri]os recipi admitti
obseruari reg[is] et reditu[m] ac p[ro]p[ri]os in meo co[n]tinuatur om[n]i meliori modo qui p[ro]p[ri]os. om[n]i qua deuit r[ati]onalia admittit recipit obseruari reg[is] et reditu[m] meliori
Adm[od]o ubi supra p[re]sentib[us] et Philomena Marchis de Cabrig[is] et Cornelio C[on]s[ul]e de h[ab]it[et]o, Et ego com[un]i Philippicis nos[tris] p[ro]p[ri]os
P[ro]p[ri]os Reg[is] b[er]n[ard]o b[er]n[ard]o f[il]io 254

Dilecto filio moderno et pro tempore existent[er]
Prouincie nostre Marchie Anagnin[en]s[is]
et apostolice Sedis legato, siue eius vic[er]e
gato: ~ ~ ~ ~ ~

P[ro]p[ri]os Reg[is] Quare
vires p[ro]p[ri]os coram a d[omi]no d[omi]no
ad p[ro]p[ri]os p[ro]p[ri]os b[er]n[ard]o b[er]n[ard]o
P[ro]p[ri]os, p[ro]p[ri]os
N.º 24.º

